



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum  
Societatis Iesu instituit**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1602**

Corsica lustratur à nostris. VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45323**

478 VITAE IGNATII  
CORSICA LVSTRATVR  
à nostris.

CAPVT VIII.

**M**tinæ Collegium per idem tempus inchoatum est: Peu-  
siæ item, Rectore Euerardo Mercuriano, viro graui ac prudenti,  
qui anno Domini 1548. & Philosophicis & Theologicis disciplinis eruditus,  
& in tractandis iam tum hominum animis laudabiliter versatus, Lutetia  
Parisiorum Societatem nostram ingressus est. In Perusina autem ciuitate Iacobus Laines fuerat paulò ante cōcio-  
natus, qui Republica Genuensis postulāte, Genuam deinceps profectus est, ve-  
hementerque ciuitatem illam com-  
mouit, & omni genere doctrinæ atq;  
virtutis, ad pietatis studium excitauit.  
Quæ causa fuit, ut eadem Resp. à sum-  
mo Pontifice magnis precibus pete-  
ret, vt ex nostris aliquot in Corsicam  
mitteret, qui populos illos incultos ac  
rudes, multisque propterea vitijs con-  
taminatos obirent, ac docerent. Missi  
sunt duo cū magna summi Pōtificis po-  
testate, qua ad multorum salutem usi-  
sunt,

sunt, ea abstinentia, atque integritate  
vitæ, ut homines cùm multum verbo,  
plus tamen exemplo mouerent. Mul-  
tum illi in peragranda Insula labora-  
runt, in controvërsijs componendis,  
vitijs tollendis (quæ innumera in con-  
iugium illorum, ac nuptias irrepre-  
rant) reficiendis ædibus sacris, atque  
ornandis: cōmonendis Sacerdotibus,  
& ad tuendum Sacerdotale munus  
cohortandis: audiendis peccatorum  
confessionibus: in concionibus de-  
nique, & omni pietatis officio, mul-  
tum studij operaèque posuerunt. Sed  
hunc illorum cursum Diabolus impe-  
dire conatus est. Nam anno proximo  
1553. Religiosi quidam, & Sacerdo-  
tes ( quibus fortè seuerior disciplina  
odiosa erat ) multa contra illos tum  
falsa, tum acerba Romanam pertulerūt,  
ac dissiparunt, & iniquis criminatio-  
nibus Cardinaliū ac Principum aures  
compleuerūt. Quibus ut occurreret I-  
gnatius, Sebastianum Romeū in Cor-  
flicam misit, à quo breui multa præcla-  
ra testimonia, atq; grauissima sunt al-  
lata: quæ Gubernator Corsicæ reliqui-  
que magistratus, ac ciuitates, veritati,  
innocentięq; nostrum libentissime  
tribuerunt: eaque Romani ad Ponti-

ficem Max. viros que clarissimos scri-  
perunt, quæ propter summam lau-  
dem, audire nostri non poscent sine  
verecundia.

IN EXERCITIA SPIR-  
italia inquiritur. In Hispania di-  
stribuuntur Provin-  
cie.

## CAPVT IX.

IN Hispania eodem anno 1553. &  
probatur Societas, & augebatur.  
Nam exercitiorum spiritualium ra-  
tio (quorum usus florebat in Hispa-  
nia, & uberrimos Christi Ecclesiæ fru-  
ctus adferebat) eodem tempore graui-  
ter agitata est: & à bonis illis quidem  
viris, sed rerum nostrarum rudibus,  
multa contra libellum illum scripta  
ac notata sunt, & ad fidei Inquisidores  
delata. Sed veritas tandem omnes te-  
nebras dispulit, & cum suis sc. viribus  
defendit, tum vero sacrosanctæ Sedis  
autoritate, aduersariorum impetus fa-  
cile propulsauit, ac fregit. Itaque suum  
cursum Societas tenuit. Namque E-  
borense Collegium ab Henrico Car-  
dinali Emanuelis Lusitanæ Regis  
filio, & Ioannis Regis sanguine, & pie-  
tate germano fratre, proper eximiam  
eius